Aceti M. libram unam,

COQUE in vaſe fictili vitreato, leniqúe igne, ad ſyrupi ſpiſſitudinem.

PULVERES.

PULVIS ANTILYSSUS.

℞. Lichenis cinerei terreſtris P. uncias duas,
Piperis nigri P. unciam unam,

IN pulverem ſimul contundantur.

PULVIS ARI compoſitus.

℞. Radicis ari recèns ſiccatæ P. uncias duas,
gladioli lutei,
pimpinellæ ſaxifragæ, ſingulorum P. unciam unam,
Oculorum cancrorum præparatorum,
Cinnamomi, ſingulorum P. unciam dimidiam,
Salis abſinthii P. drachmas duas.

CONTUNDANTUR in pulverem vaſe clauſo ſervandum.

PULVIS e BOLO COMPOSITUS ſine opio.

℞. Bòli Armeniæ, aut Gallicæ P. libram dimidiam,
Cinnamomi P. uncias quatuor,
Radicis tormentillæ,
Gummi Arabici, ſingulorum P. uncias tres,

Piperis longi P. unciam dimidiam.

IN pulverem redigantur.

PULVIS e BOLO COMPOSITUS cum opio.

℞. Opii colati P. drachmas tres,

ALIQUANTULUM exſiccetur, ut in pulverem commodè redigi poſſit; deinde ſpeciebus prædictis, antequam in pulverem contunduntur, addatur, ut ex omnibus ſimul contritis pulvis fiat.

PULVIS e CERUSSA compoſitus.

℞. Ceruſſæ P. uncias quinque,
Sarcocollæ P. ſeſcunciam,
Gummi tragacanthæ P. unciam dimidiam.

OMNIA in pulverem ſimul contundantur.

PULVIS e CHELIS CANCRORUM compoſitus.

℞. Apicum chelarum cancrorum præparatorum P. libram unam,
Margaritarum præparatarum,
Corallii rubri præparati, ſingulorum P. uncias tres.

MISCE.

PULVIS BEZOARDICUS.

℞. Pulveris e chelis cancrorum compoſiti P. libram unam,
Lapidis bezoar orientalis præparati P. libram unam.

MISCE.

PULVIS CONTRAYERVÆ compoſitus.

℞. Pulveris e chelis cancrorum compoſiti P. ſeſquilibram,
Radicis contrayervæ P. uncias quinque.
FIAT pulvis.

PULVIS e MYRRHA compoſitus.

℞. Foliorum ſiccatorum rutæ,
dictamni Cretici,
Myrrhæ, ſingulorum, P. ſeſcunciam,
Aſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Caſtorei Ruſſici,
Opopanacis, ſingulorum P. unciam unam,
SPECIES ſimul in pulverem contundantur.

PULVIS e SCAMMONIO compoſitus.

℞. Scammonii P. uncias quatuor,
Cornu cervi calcinati & præparati P. uncias tres.
DILIGENTER ſimul in pulverem terantur.

PULVIS e SENA compoſitus.

℞. Foliorum ſenæ,
Cryſtallorum tartari, ſingulorum P. uncias duas,
Scammonii P. unciam dimidiam,

Caryo-

Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi,
Zingiberis, ſingulorum P. drachmas duas.

SCAMMONIUM per ſe, cætera ſimul in pulverem redigantur; deinde miſceantur.

PULVIS STERNUTATORIUS.

℞. Foliorum ſiccatorum aſari,
majoranæ,
mari Syriaci,
Florum ſiccatorum lavendulæ, ſingulorum pondera æqualia.

OMNIA ſimul in pulverem conterantur.

PULVIS e SUCCINO compoſitus.

℞. Succini præparati,
Gummi Arabici, ſingulorum P. drachmas decem,
Succi hypociſtidis,
Balauſtiorum,
Terræ Japonicæ, ſingulorum P. drachmas quinque,
Olibani P. unciam dimidiam,
Opii colati P. drachmam unam.

OMNIA ſimul in pulverem redigantur.

PULVIS e TRAGACANTHA compoſitus.

℞. Gummi tragacanthæ,
Arabici,

Radicis althææ, ſingulorum P. ſeſcunciam,
Amyli,
Glycyrrhizæ, ſingulorum P. unciam dimidiam,
Sacchari puriſſimi P. uncias tres.

OMNIA ſimul in pulverem terantur.

HIERA PICRA.

℞. Gummi ex aloë Socotorinâ extracti P. libram unam,
Canellæ albæ P. uncias tres.

SEPARATIM in pulverem contundantur, deinde miſceantur.

SPECIES AROMATICÆ.

℞. Cinnamomi P. uncias duas,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum,
Zingiberis,
Piperis longi, ſingulorum P. unciam unam.

SIMUL in pulverem contundantur.

SPECIES e SCORDIO ſine opio.

℞. Boli Armeniæ, aut Gallicæ P. uncias quatuor,
Scordii P. uncias duas,
Cinnamomi P. ſeſcunciam,
Styracis calamitæ colati,
Radicum tormentillæ,
biſtortæ,
gentianæ,
Foliorum dictamni Cretici,
Galbani colati,
Gummi Arabici,

Roſarum

Roſarum rubrarum, ſingulorum P. unciam unam,
Piperis longi,
Zingiberis, ſingulorum P. unciam dimidiam.

IN pulverem contundantur.

SPECIES e SCORDIO cum opio.

℞. Opii colati P. drachmas tres.

SPECIEBUS prædictis inter contundendum addatur, poſtquam paululùm exſiccatum fuerit, ut commodè in pulverem redigi poſſit.

TROCHISCI et TABELLÆ.

SACCHARUM ROSACEUM.

℞. Roſarum rubrarum immaturarum, demptis unguibus, celeriter arefactarum P. unciam unam,
Sacchari puriſſimi P. libram unam.

ROSAS et ſaccharum in pulverem ſeorsùm redige; deinde miſce, et aquâ humecta, ut fiant tabellæ leni calore ſiccandæ.